Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Age nunc de relatiuis speculem. Maxime enim hec non uidentur secundum se facere predicationem. quod prospicue ex alieno aduentu ostare perspiciuntur: . VIIII. viii.

Ecce enim quomodo dns ac seruus relatiua sunt. uideamus utrum ne ita sit. ut secundum se sit predicatio. an minime. Atque si auferas seruum. abstuleris quoque dnm. at non si auferas albedinem. abstuleris quoque album. Si intelligitur quod albedo accidit albo. Qua sublata perit nimirum album. At in dno si seruum auferas perit uocabulum quo dns uocabatur. Si non accidit seruus dno. ut albedo albo. Si potestas quedam qua seruus coercetur: Que quo sublato deperit seruo. ostat non ea ipse dno accedere. Si ipse seruus quodam modo extrinsecus accessum. Non igitur dici potest. predicationem relatiuam ceteris rei de qua dicitur secundum se uel addere uel minuere uel mutare. Que tota non in eo quod est ens consistit Si in eo quod est in comparatione. aliquomodo se habet. Hec semper ad aliud. Si aliquiens ad idem. Age enim stet quisque. Si igitur si accedam dextrum ille erit sinistrum. ad me comparatum. non quod ille sinistrum. Si quod ego dextrum accesserim. Rursus ego sinistrum accedo. nunc fit ille dexter: non quod ita ipse dexter sit uel ut alius ac longus. Si quod me accedente sit dexter: atque id quod est. a me et ex me est. minime uero ex se se. Quare quoque secundum rei alicui in eo quod ipsa est propietatem non faciunt predicationum. nichil alternare uel mutare queunt. nullam quoque omino essentia uariare.

Quo circa si pater ac filius ad aliquid. x. dicuntur. nichilque aliud ut dictum est differunt. in sola relatione x
relatio uero non predicatur ad id. de quo predicatur quasi ipsa sit secundum rem de qua dicitur. non faciet alternitatem rei de qua dicitur. Si dici potest. quid quidem mirum. id quod uix intelligi potest. interpretatum est personarum. Omnino enim magna regula est ueritatis. in rebus incorporalibus distantias efficit differentia. non locis. Quare pater et filius et spiritus sanctus differunt relatione et numero personarum non locis. quasi corporales essent. Neque accessisse dici potest

1. aliquid
1. relatione — personarum et non aliquid — substantie